

Ciarcian est quedam prouincia magne turchie iam noblis contrata fuit & fecunda. set multum per tartaros est deserta. gentes machometi legem obseruant. in ea multe sunt ciuitates & castra. sunt etiam ibi flumina producencia dyaspos & calcedonios sunt in ea multe aque male & amare. & in pluribus locis sunt aque dulces & bone/ *Macometani sunt*

Lop est quedam ciuitas. a qua dum homo discedit magnum intrat desertum ciuitas uero est magni canis. cuius gentes macometi legem obseruant hic *Macometani sunt* bestie nec aues habitant quia non inueniunt ad uiuendum. in isto itaque ^{15v°} deserto huiusmodi mirum habetur. nam si dum aliqua comitiua mercatorum uel aliorum transit per desertum. accidat ex eis aliquem in nocte causa dormiendi uel aliquid aliud faciendi ab eius sotijs remanere. postmodum audit spiritus loquentes ad similitudinem sotiorum qui spiritus proprio nomine ipsum uocantes sepe faciunt a recto tramite deuiare & sic nesciunt reuerti & cibo potuque carens decedit hoc uero modo multi homines perierunt/

//Cum uero equitatum est istis xxx dietis deserti inuenitur quedam ciuitas nomine suçio que magni canis est prouincia appellatur tangut. omnes itaque illius *adorant ydola & turchi* prouincie adorant ydolla set aliqui turchi xristiani qui nestoriam legem tenent. *& xristiani nestorini* sunt & aliqui saraceni illi uero qui adorant ydola per se habent loquelam non *sunt & macometani* sunt gentes/ que de mercimonijs uiuant. set de segetibus quas de terris earum colligunt. habent insuper monasteria multa & abbatias/ que sunt plena de *habent abbatias & mona-* diuersis maneriebus ydolis quibus sacrificant que honorant. & in maxima habent *steria que sunt plena de* reuerentiam & omnes habentes filios unum arietem nutriri faciunt. & in festo *diuersis maneriebus ydolis* ydolorum qui arietem nutriuerint una cum puero coram ydolis ipsum ducunt & *quibus sacrificant* ibi multum reuerentur eis puer & ipsi. hoc facto arietem faciunt coqui quem coctum reuerenter coram ydolis representant ibique tantum dimitunt ut eorum officia ualeant celebrare. ac ydolis preces porigere quod filium suum in sanitate conseruent. dicuntque ipsa ydola totam substantiam siue saporem carniū/ ^{16r°} exsuxisse. hoc facto accipiunt carnes illas que coram ydolis steterant. ipsasque portant domum. tunc congregatis parentibus & amicis. cum magno gaudio & reuerentia ipsas comedunt. sacerdotes uero ydolorum habent capud pedes interiora & pellem & aliquam partem carniū. hunc modum obseruant faciunt post mortem corpus aduri/ & alia multa scilicet uestes argentum & multa alia in quantitate dicentes quod in eisdem numero & quantitate in alio mundo habebit seruitores equos monetas & alia cum eo combustis/ & omnia instrumenta circa ipsum pulsantur que in ciuitate sint & omnia ista fiunt secundum persone decencia & quod eius facultas requirit/ ibi sunt astrologi qui agunt presagia & alia multa que dimitto &cetera